M0007162: Manuscript page from Chirurgia Albucasis

Publication/Creation

30 July 1940

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/u7du6wqc

License and attribution

Wellcome Library; GB.
This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

... ponite ... ipse ...
dunt ex flegmate secundum quod diximus in di
uisionibus egritudinum. et de ista cauti
caticem que accidit ex exsiccatione et spas
mo neruum quando curas hanc egritudinem
cum yeris. et caput purgis et gargarismis.
et non confert curatio ista tunc oportet ut cauteri
ces infirmum tribus cauteriis. uni apud radi
cem auris secundum partem inferius a tempore
suo. et alio apud coniunctionem duorum labiorum.
Et pone cauterium cum esset spasmo partis infirme
quoniam mollificatio non accidit nisi in parte que
apparet sana. Et forma cautigationis est
ut cauterices ipsum cauterio in directo ex
tremitatis auris superioris. sub cornu in
parte et alio in tempore cuius longitudo sit secundum
longitudinem policis. et tene manum
tuam cum cauterio donec obuiatur quan
titas medietatis spissitudinis cutis. et hec
est forma cauterii. Et est species cultellari et
cuius forma premissa est. uerumptamen est subtilior et
ea parum. sicut uides.

et oportet ut sit cultellus in eo superflue
crossitudinis parum. deinde cura locum cum eo
quod precessit. donec sanetur.

Quando De cauticatione apople
antiquatur apoplexia. et est antiqua
et curas eam cum eo quod diximus et non

... super ... de cornu capitis sui. et unum in
medio capitis sicut diximus. et cauterio in
occipitio capitis secundum quod precessit. Et iam ca
uticatur etiam cauterio super os stomachi
et est magis ultimum. Deinde curatur cum eo quod
precessit donec sanetur.

De cauticatione obliuionis que fit ex
Oportet in potu dentur infirmo flate.
primo in primis yere magne. et pillule
mundificantes cerebrum. deinde rade caput
infirmi totius. et pone super occipitium eius
emplastrum de sinapi descriptum in tractatu em
plastrorum. pone ipsum aliquociens ipsum
namque est modus cauterii et fac illud secundum or
dinem eundem quem dixi illic. Si ergo sa
natur per illud bonum est. et si non tunc fac ei
cauteria tria in posteriore parte capitis sui. que
sint descendentia a superiori parte capitis
usque ad inferiorem colli. Et pone inter omne cau
terium crossitudinem digiti. deinde cura ca
uterium cum eo quod precessit. Sicut uis ad
ditionem et infirmus est tollerans illud. tunc
fac ei cauterium in medio. Qui si nis
addicere tunc cautiza ipsum super duo
cornua. deinde cura ipsum donec sanetur.
sitque cauterium oliuare secundum formam
que premissa est.